

dubium inter Doctores, an teneantur alii coheredes suas partes, quas acceperunt, restituere heredi nominato, iudicio familiae resciscenda? Et Bart. ibi tenet, quod non, quem sequitur Paulus de Caltr. & Aretin. quia nullo modo videtur induci praelatum, cum non interveniat solemnitas requisita in ultima voluntate Et ista est vera, & tenenda opinio, licet Gloss. Angel. & alii Doctores velint contrarium. Advertendum tamen, quod supradicta videtur hodie correcte, attendente Regia Ordinatione, qua cavetur, quod bene potest quis alteri stipulari: imò sine stipulatione potest quis cuilibet extraneo absenti se obligare, & promittere. Ergo attendente ratione Bart. & communis, bene potest quis acquirere, & stipulari uni ex heredibus suis, & ita teneo pro firma veritate. Item etiam juxta praedicta quæto an promissor, debitor possit gravare, vel onerare unum ex heredibus tantum rem, vel quantitatem solvere? In quo dico indistincte quod non, tam de jure communi quam Regio, quia sicut non potest obligare extraneum, ita neque heredem pro aliis partibus, pro quibus non est heres. Unde omnes tenebuntur solvere debitum pro hereditariis portionibus. Ita Bart. in dict. leg. continens, §. fin. 2. colum. numero ibi Imol. pen. colum. numero 4. & alii Doctores, pro quibus facit textus, & communis opinio in leg. cum, qui ita §. 1. infra eodem. Quod tantum intelligo per viam contractus, quia ibi non potest induci praelatum favore aliorum coheredum, cum non interveniat solemnitas requisita in legato, vel ultima voluntate: & dato quod interveniret, non intendit contrahens vel promissor praelagere, ideo non inducitur praelatum, & in terminis ita tenet Aretin. in dict. leg. continens §. fin. 3. col. quem vide. Secus tamen est in ultimis voluntatibus, in quibus si testator gravat unum ex heredibus, eo ipso videtur aliis praelagere. Pro cuius perfecta declaratione dico, quod si testator sit creditor, quia ei debebatur aliquid debitum bene poterit illud debitum, & actionem ejus uni ex heredibus praelagere, & ille solus eam exercebit, & recuperabit debitum: non tamen per hoc acquirit directam actionem, sed tantum utilem. Unde si debitor solverit dicto heredi, poterit se tueri mediante exceptione doli adversus alios heredes, & idem si adhuc non solverit: sed est intimatum est, ut non solvat. Directa tamen actio semper transit ad omnes heredes pro portionibus hereditariis, textus est qui sic debet intelligi, in l. 1. in 2. parte. Cod. de except. & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Petr. Cyn. Barr. Bald. Salycet. Si vero vult gravare unum ex heredibus in ultima voluntate, ut solvat totum integrum debitum: tunc in prejudicium creditoris, cui est quaesita actio ab ipsa lege, post mortem testatoris contra omnes heredes pro partibus hereditariis non potest, sed bene respectu aliorum coheredum, ut eis censetur inducendum praelatum, text. est in leg. servo legato, §. si testator, ff. de legat. 1. tex. in leg. si filia, §. si pater, ff. famul. exco. tex. in l. 2. Cod. de pact. text. in leg. debitori tuo eod. tit. tex. in leg. pacto successorum, eod. tit. Cujus ratio est. Quia creditor non cogitur involvitur mutare obligationem semel quaesitam, & recipere aliam eque idoneam promissorem, nec debitor potest se executere obligationem passivam qua tenetur, textus est capitalis, & expressus in leg. si mandato meo, ff. mandat. quem ibi ad hoc notant & commendant Doctores: idem probat tex. in l. 2. Cod. de hered. action. Valebit tamen dispositio respectu aliorum heredum, ut tacitum

praelatum, vel fideicommissum per supra dicta. Quod tamen limita, & intelligi, praeterquam in dote: quia ejus favore potest testator unum ex heredibus gravare, ut eam solvat, & tali casu ipse solus tenetur, & contra eum potest agi actione de dote; textus est singularis, & unicus in leg. cum ab uno, ff. de legat. & quem ibi reputat singularem Bart. & unicum Paul. Imol. & alii Doctores. Idem Paul. in leg. debitorum, Cod. de pactis, Jason in dict. leg. servo legato, §. si testator, de leg. 1. Si vero vult gravare unum ex heredibus, ut solvat quantitatem vel rem, quam alicui legavit: tunc ipse solus tenetur, & non alius, text. est in leg. ab omnibus, ff. de legat. Si vero gravat unum ex heredibus in aliqua re hereditaria, non tenetur, nisi tantum pro portione hereditaria, & sic non tenetur solvere, nisi solam partem, quæ sibi pertinebat in tali re, & alias partes non poterit legatarius perire ab herede gravato, neque ab aliis; textus est singularis & unicus in leg. si fundum sub conditione, §. si liberatus, ff. de legat. 1. & ibi notat & commendat Bart. Baldus, Paul. Cuman. Jason. & communiter Doctores, & reputat singularem, & unicum Alberic. tenet etiam Gloss. ordinaria, & communis opinio in leg. Marcianus, §. cum qui, ff. de legat. 2. Cujus ratio est, quia in dubio testator videtur referre ad eam tantum partem, quam in tali re habet, vel habiturus est heres, argumento text. in leg. servi electione, §. fin. ff. de legat. 1. tex. in leg. si domus, §. fin. eod. tit. tex. in leg. quod in rerum, §. v. eod. tit. tex. in leg. uxor patris, Cod. de legat. Si vero gravavit unum ex heredibus in re non hereditaria, ut praelaret legatario aliquam rem mobilem, vel immobilem in genere, vel rem ipsius heredis, vel rem penitus alienam; tunc ille solus heres gravatus tenetur illam emere, & prestare, vel ejus affirmationem, ita probat text. in leg. si ribi homo, §. 1. ff. de legat. 1. ibi notat Bartol. Alber. Bald. Paul. & istam doctrinam & resolutionem ponit magistraliter Bart. in d. l. continua, §. fin. infra eodem fin. colum. & ibi Imola, & communiter Doctores. Albericus in leg. ab omnibus, ff. de legat. Paulus de Caltr. in l. avus, ff. de pactis.

Item quæto, an tot sint contractus, & obligationes, quot sunt res contentæ, & deductæ in ipso contractu; In quo articulo sit vera, & conclusiva conclusio, quod tot sint contractus & obligationes, quot sunt res, vel summae deductæ, & comprehensæ in ipso contractu, licet sub unica conceptione verborum exprimat, text. est capitalis & expressus in leg. scire debemus, infra isto tit. tex. in leg. §. sed si mihi Pamphilum, eodem tit. tex. in leg. 1. Titius, §. fin. eodem tit. tex. in leg. ubi autem non apparet §. penul. eod. tit. tex. in leg. quod dicitur, la. 1. eod. tit. tex. in leg. pluribus, eod. tit. tex. in leg. quia dicitur, ff. de eviction. tex. in leg. pluribus, ff. de acceptil. tex. in §. quotiens, Inquit, de inutil. s. ip. Confirmatur: quia idem est in ultimis voluntatibus. Nam si testator legat plures res, in una eademque clausula, & ratione, tot sunt legata, quot res: ita probat tex. in leg. si ex toto fundo, §. fin. ff. de legat. 1. & ibi tenet Gloss. ordinaria Bart. & communiter Doctores. Cujus effectus est, quia si esset unicum legatum, non possit legatarius partem ejus agnoscere, & partem repudiare. Si vero sint plura legata, poterit unum agnoscere, & aliud repudiare, text. est in l. 2. cum quatuor sequentibus, ff. de legat. 2. ibi communiter Doctores. Secundò confirmatur: quia idem est in iudiciis, quia si in

sententia

sententia continentur plura capitula, tot sunt sententia, quot capitula, text. est in leg. etiam si parte, §. ex causa ff. de minor. ibi Gloss. ordinaria Bart. & communiter Doctores, text. in l. quidam mulier; ff. fam. exco. tex. in l. Carmelia Pia; ff. de jure patronat. tex. in l. quid tamen, ff. de arbit. ibi Doctores, Cujus effectus est, quia si iudex non possit agnoscere, nisi de certa summa, & in sententia sunt plura capitula, valebit sententia in capitulo continente summam suæ jurisdictionis: si vero est unum capitulum, continens majorem summam, non valebit sententia in aliquo. Ita Gloss. notabilis & ordinaria in l. fin. de jurisdiction. omn. iudic. in gloss. fin. ibi Bar. Alberic. Bald. Angel. Paul. & communiter Doctores: tenet etiam Bald. Paul. Salycet. & communiter Doctores. in l. 1. C. de re jud. Gloss. & communiter Canonistæ in cap. ei qui appellat, §. item cum certa, q. 6. Ex quo datur notabilis declaratio ad l. 6. tit. 16. lib. 3. Ordin. & ad prag. 95. de Valladolid; quod licet iudices Regimini, & Consistorii non possunt iudicare in causa appellacionis ultra summam ibi contentam, tamen debet intelligi, quando est unum capitulum, vel plura annexa illi summæ Secus verò, si sint plura, & nullum eorum excedit illam summam: quia licet omnia juncta excederent, possunt iudicare, & valebit sententia. Secundus effectus hujus est, quia si appellatum est ab uno capitulo, vel petita est restitutio, poterit peti executio sententia in aliis. Ita notat Alberic. in d. l. etiam si parte §. ex causa, ff. de minor. Tertius effectus est, quia licet appellatio sit communis utrique parti, ut est casus unicus in leg. ampliore, C. de appell. secundum Baldum & communiter Doctores ibi: tamen illud est verum si sententia contineat unum capitulum, vel plura connexa: secus verò, si plura capitula separata, & una pars appellavit à certis capitulis, & aliis non: quia tunc alia pars non potest se juvare illa appellacione circa alia capitula, à quibus non est appellatum; ita singulariter determinat Abbas in cap. cum Joannes de fide instrum. fin. col. & antequam Bald. in dict. leg. ampliore, C. de appell. 2. colum. vers. sed quid si diversa sunt. Tertio confirmatur, quia idem est in solemnitate testium, vel qualibet alia solemnitate instrumentali. Nam si in una eademque scriptura contineantur plura testamenta vel contractus plurimum, & diversarum personarum, sub unica tantum solemnitate omnia illa testamenta, vel contractus valeant quia illa solemnitas respicit quodlibet testamentum, vel contractum de per se, & unicusque attribuitur: & istam sententiam probat tex. in d. leg. scire debemus, text. singularis in leg. si quis ex argentariis, §. si initium, ff. de edendo ibi communiter Doctores tex. in leg. eo quod à multis, C. si cert. petat. ibi notat Bald. Salycet. & alii Doctores: & in expresso istam sententiam, & conclusionem tenet Bart. in leg. parris & filii, ff. de vulg. & pupill. 2. colum. fin. quest. & ibi communiter Doctores. Quarto confirmatur: quia idem est in auctoritate tutoris, vel curatoris, quia si in pluribus actibus debet interponere suam auctoritatem, sufficit una tantum pro omnibus, text. est notabilis in leg. accipientis, ff. de auctor. tutor. Ex quo inferi ibi Bart. quod procurator potest comparere pro pluribus dominis, in pluribus & diversis causis. Secundò inferitur, quod in nostro regno maritus poterit dare licentiam pro pluribus actibus, factis ab uxore, & aperte probatur ex l. 56. & 58. de Toro, ubi habetur, quod maritus potest dare licentiam generalem uxori pro contrahendo, & similiter potest plures contractus

gestos generice approbare, & ratificare Quintò confirmatur: quia idem est in nunciacione novi operis. Quia si fiant plura ædificia in pluribus locis sufficit unica tantum nunciatio pro omnibus si potest exaudiri. Secus verò, si fierent in locis distansibus, taliter quod nunciatio exaudiri non possit, quia non valeret. Ita probat textus notabilis in leg. de pupillo, §. si in pluribus, ff. de novi oper. nunciacion. & ibi expresse Jacob. de Aret. Paul. de Caltr. Cuman. & Jas. Et si quæras, qui effectus resultent ex hoc, an sit unus, vel plures contractus? Dico, quod resultant sequentes notabiles effectus. Primus effectus propter Gabelnam. Nam si de quolibet contractu debeatur Gabelna, & sit unicus tantum contractus, non debetur, nisi una tantum Gabelna. Si vero sint plures contractus, plures etiam debentur Gabelnae; & in expresso ita tenet Bald. in l. cum ejusdem generis ff. de adi. edict. in prin. & ibi Angel. de Peruf. & aperte vult Bart. in l. cum Titio, 2. col. n. 4. ad l. Falcid. & ibi Paul. Imol. & communiter Doctores Bald. in l. in annalibus, C. de leg. 2. col. num. 3. Roman. in leg. si Stichum, §. stipulatio, infra isto tit. penult. col. n. 19. & ibi Jas. 2. col. post. in prin. Secundus effectus est, quia si quis accepit plures in emphyreusum uno pretio, & malè utatur una re eam alienando, vel aliàs, cadet ab omnibus rebus; quia unicus reputatur talis contractus. Ita Bald. in d. l. cum ejusdem generis, in fin. & dicit ita tenere ibi Oldrad. & Ricard. de Maluif. Tertius effectus est, quia si plures res vendantur unico pretio, cum pacto de retro vendendo, non potest venditor redimere unam sine alia: si vero diversis pretiis, tunc sic; pro qua sententia, & conclusionem facit text. in leg. Julium, §. fundus, ff. de action. empt. juncta communis opinione. Quartus effectus est, quia si plures res vendantur prodiversis pretiis, censentur plures contractus, & potest habere locum redhibitio, vel quanto minoris in una re, & non in aliis: secus verò, si vendantur unico tantum pretio, quia tunc censetur unicus contractus, & si una reperitur vitiosa, potest, & debet fieri redhibitio in omnibus, text. est in leg. cum ejusdem generis, cum l. sequenti, q. 1. ed. adit. ibi Gloss. ordinaria Bald. Angel. Salyc. Fulgos. tex. in leg. adiles, la. 2. §. fin. eod. tit. Ex quibus inferitur notabilis declaratio, & confirmatio ad legem 71. Tauri, qua cavetur, quod si plures res patrimonii, vel generis vendantur pro uno & eodem pretio, non possit consanguineus unam retrahere sine alia: si vero diversis pretiis, bene possit retrahere rem, quam velit, de quo vide per me in d. l. Tauri. Quintus effectus est, quia si censetur unum tantum contractus, non potest debitor solvere debitum pro parte, & pro parte non, ut in leg. tut. §. Lucius ff. de usur. Si vero sunt plures contractus, potest solvi debitum ex uno, licet non ex alio, text. est in l. fin. ff. quibus mod. pignus vel hypothec. solvat. & ita tenet Bart. in dict. l. scire debemus, infra isto tit. verbo oblig. 2. col. & ibi Albericus, Paulus, & Imola. Sextus effectus est, quia licet hodie in nostro regno ex mandato exequendi iudex debeat habere certum salarium, de quo in Pragmatica fol. 90. quarta columna tamen, si sub unico mandato, & subscriptione contineantur plures persone, & plura debita, quia ad instantiam alicujus creditoris sit petita executio contra plures debitores, pro qualibet persona debetur integrum salarium, quia censentur plures executiones. Et idem est, si esset unus & idem debitor diversarum summarum; quia similiter pro qualibet debetur integrum salarium, &

&

16 & ita practiacatur, & dixi in quaestione de f. cto. Item quæro, an & quando solemnitas requisita in aliquo actu, vel contractu præsumatur? in quo articulo resolutivè dico, quod duplex est solemnitas, una intrinseca, & alia extrinseca. Intrinseca semper præsumitur, nisi contrarium probetur text. est in leg. sciendum, infra isto titu. de verb. oblig. ibi notat & commendat Bar. Alberic. Bald. & communiter Moderni, textus in leg. 1. Cod. de contrah. & committ. stipul. text. in leg. jurisgentium, §. quod serè ff. de pact. textus in s. scriptum, l. ff. de inutil. stipul. text. in §. fin. Insti. de fidejuss. Et adde notabiliter, quod solemnitas intrinseca dicitur, quando ex natura, & significatione verborum prolatorum necessariò comprehenditur, vel est apta nata comprehendi, quod declaro. Nam si reperitur scriptum, quod quis per stipulationem promissit necessariò debet intelligi, quod præcessit solemnitas interrogationis, & responsionis. Similiter etiam, quando reperitur scriptum, quando quis promissit, illud verbum est ambiguum, & potest intelligi per stipulationem, vel pactum, vel pollicitationem, in leg. sciendum, la 1. §. dicitur, ff. de adit. adit. & ibi communiter Doctores, & dicit Baldus quod alibi melior textus ad hoc non reperitur, tamen h. in dubio accipitur in potiori significatur, ut majorem effectum habeat argumento text. in l. 1. vers. fin. ff. si ager. vel big. vel emphyt. perat. facit etiam text. in leg. quærens, infra isto titu. text. in leg. quærens, la 1. ff. de reb. dub. text. in leg. quærens ff. de regulis juris. text. in leg. blandius, C. de fidejuss. Solemnitas verò extrinseca non præsumitur, textus est capitalis & expressus in leg. quæcumque, §. fin. ff. de public. ubi habetur, quod in contractu minoris non præsumitur intervenisse solemnitas requisita, & necessaria in actu, text. in leg. fin. C. de fideicommiss. Adde, quod solemnitas extrinseca est, quando ex propria natura, & significatione verborum necessariò non comprehenditur, neque est apta nata comprehendi, ut si reperitur scriptum in scriptura publica, vel privata, quod minor vendidit; certè non debet sumi; quod intervenit autoritas tutoris, vel curatoris, vel decretum judicis, vel juramentum; quia talis solemnitas non includitur sub illo verbo, vendidit, secundum Doctores ubi supra neque obstat si dicas, quod bene potuit intervenire prædicta solemnitas, ergo in dubio comprehendatur; quia notabiliter respondeo, quod licet potuit intervenire, tamen nec necessariò non comprehenditur, neque est apta comprehendi sub illo verbo, vendidit, ex propria natura, & significatione ejus, unde reputatur extrinseca, & non præsumitur; & ista est vera, & realis declaratio hujus articuli. Ex qua communi doctrina, & resolutione primò inferitur, quod in contractu minoris non præsumitur solemnitas necessaria pro validitate ejus nisi probetur. Secundò inferitur, quod hodie in nostro regno in contractu mulieris conjugate non præsumitur licentia viri. Tertio inferitur, quod in actibus, & instrumentis quibus requiruntur testes rogati, non præsumitur illa solemnitas cum sit extrinseca. Quarto inferitur, quod in dispositione testamenti non præsumitur præcessisse juramentum nisi probetur. Quintò inferitur, quod cum mulier non possit esse fidejussor nisi renunciet Vellejana, & sit certiorata, non præsumitur talis renunciatio, vel certioratio. Sextò inferitur, quod in actis vel processu nunquam præsumetur litis contestatio. Adde tamen circa

prædicta, quod licet solemnitas intrinseca præsumatur, debet intelligi formalis; secus tamen si sit materialis; quia illa non præsumitur, unde si probetur per scriptum, vel testes contractus emptionis, & venditionis, & non probetur pretium, neque constet de eo, talis solemnitas, hoc est pretium, non præsumitur intervenisse, & sic non valebit contractus, Ita probat textus, in l. 1. ff. de contrah. emp. text. in l. 2. de location. text. in §. primo, Insti. de emption. & vendition. text. in §. pretium, eodem titu. Cuius ratio est, quia illa est solemnitas intrinseca materialis, quæ est incerta, & variabilis, cum pretium semper non sit uniforme, sed variatur secundum qualitatem rei, conventionis, unde merito non præsumitur, nec præsumi potest; solemnitas verò formalis intrinseca bene præsumitur, quod est uniforme, ut juribus supra allegatis; ita tenet, & declarat Petrus de Bella pertica, in dicit. leg. sciendum & ibi Bar. 3. column. 4. opposit. dicens esse tribus, & mente tenendum, ubi Rain. 1. column. Imol. 2. columna Alexand. 4. columna, numero 15. A. gel. 1. column. Roman. 9. columna, num. 32. & communiter Moderni Cynus, Alber. Olofred. Bald. in l. 1. Cod. de contrahend. & committend. stipul. Quod tamen limita, & intellige singulariter quando præcipue agit, & litigatur super pretio, & validitate, vel nullitate contractus ex defectu ejus, secus verò si tertius possessor velit probare, quod præscripsit mediante utroque, & bona fide, & lapsa temporis, & testes dicant, & quod emit rem à Titio, tamen non deponunt de pretio; nam tunc rectè censetur titulus probans, & per consequens præscriptio. Istud est singulare dictum Bald. in leg. 1. Cod. de reb. alien. non alienand. quod reputat singulare Alexand. in dicit. leg. sciendum, quarta columna, pro quo facit, quia quando in aliqua causa dominium proponitur evidenter, non requiritur ejus probatio, sed præsumitur ex possessione; ita probat textus in l. 2. ff. si servus vend. & ibi communiter Doctores, text. in leg. sciti, §. sed si queratur, eodem titu. text. in l. 3. §. famil. ercisi, text. in l. 1. ff. de condit. furti. Item adde, quod solemnitas intrinseca non præsumitur in probatione, & dispositione testamenti, unde testes dicant, & deponunt; non præsumitur facta promissio per stipulationem; imò, quod magis est etiam dicant & deponant quod promissit per stipulationem, non probant stipulationem intervenisse, nec præsumitur unde quod dicant; & subsecuta responsio fuit promissum. Ita probat textus notabilis juxta Gloss. ordinaria in l. ff. de usu, & ita Jas. Bart. Cyn. Barr. Bald. Angel. Salyc. Paul. tenet etiam Bart. in d. l. sciendum 21. col. in fin. num. 5. Cujus ratio est, quia testis debet reddere rationem per sensum corporum; sed stipulatio est quid juris, cum sit obligatio resultans ex interrogatione & responsione, & talis stipulatio non videtur, nec auditur, nec percipitur sensu corporeo; ergo si testes simpliciter dicant, quod quis promissit alteri, vel quod per stipulationem promissit, non concludit eorum depositio; quia non pertinet ad eos judicare, an si stipulatio, an non; secus tamen est, si verbum stipulatio continetur in instrumento, quia cum confirmatur de consensu; & voluntate partium, credendum est instrumento; unde licet verba formalia stipulata in eo non reperiantur scripta, tamen præsumitur prædicta solemnitas in præjudicium partis; istam rationem posuit Bartol. & Doctores, ubi supra.

Item adde, quod licet solemnitas extrinseca non

non præsumatur, ut dictum est tamen bene præsumitur quando tabellio: vel notarius dederit fidem de ea & asserit intervenisse: ita probat text. in leg. 1. Cod. de fide instrum. & jure h. h. ff. & ibi tenet Gloss. ordinaria in vers. omni ordine, Bar. Olofred. Bal. Plat. item Bart. in d. l. sciendum, 2. col. num. 3. Alber. ibi 3. col. 4. opposit. quod tamen intellige, quando tabellio vel notarius particulariter dicit in instrumento, quod solemnitas fuit adhibita, puta quod tali die, loco & tempore fuit facta subhastatio; secus si genericè, & enunciativè dixit quod intervenit solemnitas necessaria in venditione alicujus rei, vel simpliciter dicit, quod subhastatio intervenit, quia tunc non sufficeret; quia instrumentum faciens mentionem de alio instrumento, vel de aliquo alio actu, nisi de illo constet, ut in auth. si quis in aliquo silem non facit documentum, C. de edendo, notabiliter tenet Bart. in d. l. 1. in princ. C. de fid. instrum. & jure h. h. ff. ibi Plat. 1. col. num. 2. & tenet etiam & commendat Alber. in l. sciendum, 3. column. vers. fin. num. est. Jas. 9. col. num. 14. Secundò intellige, quando talis solemnitas etiam particularis, & specificè, de qua tabellio, vel notarius dedit fidem in instrumentis, potuit intervenire tempore confecti instrumenti: quia tunc bene creditur ei: secus verò si talis solemnitas non potuit illo tempore intervenire, & si tabellio vel notarius dicat, quod tali die vendita fuit res minoris, vel, si facta subhastatione: quia tunc licet particulariter in eo dicatur, & describatur solemnitas, non probat nec præsumitur, quia cum talis subhastatio requirit intervallum, & tempus successivum, aperte constat, quod talis solemnitas non potuit intervenire tempore confecti instrumenti: confirmatur etiam, quia cum fit talis solemnitas, cui partes renunciare non possunt, argumento text. in leg. jus pub. icum ff. de pactis; ergo talia instrumenta, & asserzioni non est standum, quia per indirectum induceretur renunciatio, probat Gloss. singularis, juncto text. licet non ita bene fundet in d. l. 1. Cod. de fide instrum. & jure h. h. ff. lib. 10. ibi notat Bar. Olofred. Plat. & communiter Doctores & ita tenet & declarat Bar. in d. leg. sciendum, 2. col. num. 3. ibi Angel. in lect. 2. col. num. 1. idem Angel. in repet. 3. num. 12. Paul. de Castr. not. 2. col. num. 5. Jafon. 5. col. num. 12. facit bonus text. in d. l. optimam, Cod. de contrahend. & committ. stipul. & ibi expressè tenet & declarat Jacob. 2. column. in medio, & sequuntur communiter Doctores ibi, & idem voluit aperte Innocent. in cap. qui contra falsam, de probat. 2. column. num. 6. & illam Gloss. pro ista conclusione dicit singularem, Bald. in d. l. 1. ff. de reb. eorum; post Bar. & dicit unicum, Bald. in cap. sicut, de re jud. in fin. Item adde, quod licet solemnitas extrinseca non præsumatur, tamen debet intelligi, quando talis defectus opponitur à parte: secus verò aliàs, quia tunc præsumitur intervenisse, nec judex potest ex officio allegare, vel opponere: istud est singulare dictum. Compositellani in eorum dilectus, de consuetudine, 3. col. in princ. argum. quast. & que ibi traduntur in cap. ea nescitur, de his que fiunt à præ. sine con. e. & ibi Joan. Andr. 2. col. post medium, Imol. 4. col. in princ. & illud dictum sequitur & reputat singulare in materia, Roman. in d. l. sciendum, 9. col. in fin. num. 33. Alex. 5. col. n. 18. Jas. 7. col. n. 15. Similiter etiam adde quod licet solemnitas extrinseca non præsumatur, tamen ex diuurnitate temporis bene præsumitur, text. est singularis & unicus in l. filius.

famil. C. de petis hered. ubi si filius sciente parte per longum tempus decem annorum possedit hereditatem sibi delatam, præsumitur iustum patris præcessisse, quem dicit m, ibi singularem & unicum, Bar. Angel. Paul. de Castr. & communiter alii Doctores. Angel. & Moderni in l. sciendum, infra isto tit. præcipue Jafon. 7. column. 16. qui late loquitur, & confirmat, idem Jas. in l. si certis annis, C. de pactis, Idem Jas. in l. 1. C. qui admitti, 4. col. num. 10. Doctor. Segur. in repet. l. Imperator, ff. ad Treb. 6. folio: & idem est contra, si pater diu possedit hereditatem delatam filio sciente, & patiente, quia præsumitur quod præcedit aditio filii, text. est in leg. qui in aliena, §. 1. ff. de acquirend. hered. & ibi notat & commendat Bar. Ex quo primò inferitur, quod licet hodie in nostro regno non possit mulier contrahere sine licentia mariti; tamen si mulier diu possideat rem ex aliquo titulo, vel contractu, vel ille cum quo contrahit, possit scire sciente & patiente marito, præsumitur licentiam intervenisse, & in expresso ita tenet Bald. in d. l. qui in aliena, §. 2. de acquir. hered. & ibi Imol. Aetian. & Jaf. secundò inferitur, quod si unus ex fratribus, vel coheredibus diu possedit aliquam rem nomine proprio & non communi præsumitur inter eos facta divisio, Gloss. est singularis in l. pen. C. commun. divid. circa cujus veritatem vide ibi Doct. Tertio inferitur, quod si emphyteuta alienat rem, quam emptor possidebat longo tempore sciente domino directo, præsumitur, quod præcessit consensus ejus, de quo per Doctores in d. l. qui in aliena, §. de acquir. hered. Quarto inferitur, quod si quis est usus aliqua servitute, vel iure in bonis alterius post longum tempus, sciente & patiente domino præsumitur titulus, de quo per Gloss. in l. cum de in rem verso ff. de usuris, per Gloss. & Doct. in l. servitutes ff. de servit. in l. si certis annis, C. de pactis, in l. 1. C. de si leicommiss.

Item n. quæro, an & quando valeat stipulatio, vel promissio alteri facta: in quo articulo resolutivè dico, quod non valet neque obligat text. est in l. stipulatio ista, §. alteri, infra isto tit. text. in l. quo tutela, vers. si ff. de r. g. jur. text. in l. 3. C. de inutil. stip. text. in l. multum interest, vers. sic. Pen. C. si quis alteri vel, text. in l. si genero, Cod. de jure dot. text. in §. si quis alii Insti. de inutil. stipul. text. in §. alteri, eod. tit. idem disponit l. 7. tit. 11. §. part. quod extendit, ut non queratur actio neque obligatio illi tertio, nec ipsi stipulanti, ut probant prædicta jura, & ibi tenent communiter Doct. cujus ratio est duplex: prima, quia quilibet actus, vel contractus debet incipere, & sumere vires à persona gerentis: text. est in l. quacumque gerimus, ff. de action. & obligat. Secunda ratio est, quia inventæ sunt stipulationes, & contractus verborum & uniusquisque stipulatur, quod sua interest, ut probatur dictis juribus: quod tamen limita & intellige præterquam in casibus sequentibus: primus, quando stipulator esset in potestate ejus in cujus favorem stipulatur, ut si filius stipuletur patri, vel servus domino, quia tunc actio, & obligatio queritur patri, vel domino, modò verba contractus ad unum, modò ad alium text. est in dicit. l. stipulatio ista, §. alteri, text. in l. quodcumque, eodem tit. text. in l. 1. C. per quas personas, text. in leg. sciam la per totum, ff. de stipulat. servor. text. in §. 1. & per totum, Insti. eodem tit. & idem disponit prædicta lex 7. tit. 11. §. part.

Item modo pater stipuletur filio, vel servo, vel filius stipuletur servo patris, vel servus stipuletur filio domini, text. est in l. dominus servo, infra

fra isto tit. tex. in l. 1. §. qui meus seruus, infra de stipul. serv. tex. in l. 2. Cod. de contrahend. & comm. stipul. tex. in l. quod dicitur, infra isto tit. textus in §. ei qui, Instit. de inuilit. stipul. Secundus casus est, quando interest stipulantis, quia tunc valet, licet sit extraneus, non ut quaeratur tertio, sed ipsi stipulatori quanti interfit sibi alii dati, ut si debitor stipuletur pecuniam, vel rem dari, vel factum fieri creditori suo, ad quod ipse teneatur, textus est notabilis & expressus in leg. stipulatio ista, §. si isti stipuler. & §. si quis insulam, infra isto tit. tex. in l. liber homo, §. fin. eod. tit. tex. in l. debitor, Cod. de pactis, tex. in l. cum res, Cod. de donat. tex. in §. sed & si quis, Instit. de inuilit. stipul. & idem disponit l. 10. tit. 11. 5. part. Tertius casus est, quando iudex, vel notarius causae stipulator alteri super concernentibus illam causam, quia illi tertio quaeritur utilis actio sine cessione, tex. est in leg. 2. 3. & 4. ff. rem pupil. salvam for. & ibi communiter Doctores tex. in l. 1. §. exigere, ff. de magistrat. conven. tex. in l. non enim aliter, ff. de adoption. Quartus casus est, quando tutor, curator, vel administrator pupilli adulti, vel rei publice stipulatur eis, quia tunc quaeretur utilis actio, tex. est in l. eum qui, §. fin. ff. de constit. pecun. secus tamen est, si procurator generalis, vel particularis alicuius privatae personae stipuletur nomine domini, quia tunc nulla quaeritur actio directa, ut neque utilis ipsi domino, sed quaeritur procurator, & ipse cogitur postea cedere domino, quam cessionem cogitur facere, quia quando quis mandato meo, vel ad utilitatem meam acquirat actionem cogitur eam cedere mihi, vel alteri cui voluero, & de ea facere secundum voluntatem meam, text. est in l. 1. Cod. per quas personas, tex. in §. solutum, §. per liberam, ff. de pignor. actio. textus in l. 1. cum l. seq. ff. de inst. textus in §. ex his Instit. per quas personas, textus in l. idem que, §. si cui mandavero, ff. mandati, & utrobique Doctores idem disponit l. 8. tit. 12. quod intellige quando verbi contractus dirigitur in procuratorem, ut quia debitor promittit dare procuratori nomine domini: secus verò si dirigitur ad dominam, ut si debitor promittat procuratori dare, aut solvere domino, quia tunc nulla quaeritur actio procuratori, neque domino; Glossa est singularis in iure in l. 1. ff. de stipul. servor. quam ibi notat & commendat Doctores, & ad hoc reputat singularem Paulus in l. stipulatio ista, §. si stipuler, infra isto tit. fin. colum. Item adde quod si stipulator etiam sine mandato tanquam negotiorum gestor stipuletur nomine alterius, sibi quaeritur actio, & sequuta ratihabitione cogitur cedere illi tertio: Glossa est notabilis & ordinaria in l. huiusmodi ff. de legat. 1. ibi Bar. & communiter Doctores, Glossa etiam in §. alteri, Inst. de inuilit. stipul. & ibi communiter Doctores. Quintus casus est, quando stipulatio, vel promissio interponitur super re mea, quae debet durare mea, ut si deposui, vel commodavi rem penes te hoc pacto, ut restituas tertio, quia illi tertio quaeritur utilis actio, text. est notabilis & expressus in l. Publica Manvia, ff. de depositi, ibi Bar. & communiter Doctores, tex. in l. penult. Cod. de exhibend. idem est in contractu mutui, licet res non duret mea, ut si mutuavi tibi centum hoc pacto, ut restituas Titio, quia poci quaeritur utilis actio, textus est in l. cert. conditio, §. si numerus, ff. si cert. petat. & ibi communiter Doctores, tex. in l. si absentis, Cod. de eod. tit. & ibi etiam

communiter Doctores, & idem est in donatione favore exercitum liberalitatem, ut si dono tibi rem hoc pacto, ut ad certum tempus restituas alteri, quia ei quaeritur utilis actio, textus est singularis in l. quatenus, Cod. de donat. qua sub modo, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores. Sextus casus est, quando creditor cui iam debetur res vel pecunia stipulatur eam reddi, & solvi tertio, quia ei quaeritur actio, quia censetur constitutus procurator, ut recipiat nomine creditoris, textus est singularis & unicus in l. si cum Cornelius, ff. de solut. quem ibi reputat singularem & unicum Bar. & communiter Doctores post Dylum & antiquos, reputat etiam unicum Bald. in rubr. extra de pactis final. col. reputat etiam unicum Angel. in l. 1. ff. de pactis, final. col. hodie tamen de iure regio bene quaeritur actio & obligatio illi tertio, & sic corrigitur in hoc ius commune, ita disponit lex 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. imò quod magis est, nedum procedit, quando quis stipulatur illi tertio absenti, sed etiam quando simpliciter & nuda pollicitatione quis promittit absenti, ita aperte disponit praedicta lex: ex qua bene nota, quod hodie in nostro regno ex nuda pollicitatione oritur actio, & corrigitur totus titulus de pollicitationibus; nec obstat quod videantur in uno & eodem actu concurrere duae specialitates, contra text. & eius regulam in l. 1. Cod. de doris promiss. quia non est aliqua specialitas, sed jus commune regium: & adde quod illa lex prout bene hoc inducere, quia lex, statutum vel consuetudo potest facere, quod per liberam personam & absque mandato quaeratur alteri tertio & obligatio; ita probat textus notabilis in l. certi conditio, §. si numerus, ff. si certum petat. ubi habetur, quod ex mutuo facto pro aliquo absente, & nomine eius quaeritur actio, & ad hoc notat & commendat Romanus, Alex. & Moderni: probat etiam tex. in l. si quis donaturus, in fin. ff. de usufructu. tex. in l. penult. Cod. ad exhibend. tex. in l. quo tenens, Cod. de donat. qua sub modo, & istam sententiam, & conclusionem tenet Jason qui bene loquitur in leg. stipulatio ista, §. alteri, isto tit. secunda colum. num. 2. & adde, quod in tantum procedit illa lex Regia, ut actio, quae virtute eius quaeritur illi absenti, sit directa, & non utilis, per supra dicta, & in terminis in simili casu tenet Bar. in l. 1. §. sublati, ff. ad Trebell. in fine, ubi dicit, quod quando immediatè per legem quaeritur actio alicui tertio, illa erit directa, & non utilis; & licet magis communis opinio Doctorum ibi sit in contrarium, tamen in terminis nostrae legis Regiae ego illam sequor, & teneo, quia quod ad nos in nostro Regno induci jus commune, & generale, & non particulare in aliquo casu, & persona, & sic actio quaesita erit directa, & non utilis: item adde, quod etiam illi tertio absenti virtute praedictae legis Regiae quaeritur ius exequendi, si talis obligatio, vel promissio alteri facta continetur in instrumento publico garantigio, ita probat textus notabilis in l. si procurator meus, ff. procur. & ibi notat Bar. & communiter Doctores, & in expresso tenet Bar. in l. 1. ff. de action. & obligat. penult. colum. numer. 22. & Doctor. Segur. in repet. l. si ex legati causa, infra eod. 31. colum. Tertio etiam adde quod in tantum hoc est verum, & procedit praedicta lex regia, ut illi tertio quaeratur actio revocabiliter, & sic promissor non poterit revocare praedictam promissionem, vel acquisitionem alteri factam. Ita notabiliter dixi, & fundavi supra

pra ista repetitione in materia contractus, ubi omnino vide. Item adde, quod praedicta lex regia debet intelligi, quando verba promissionis dirigitur in tertium absentem: secus verò si diriganter in personam procuratoris, vel negotiorum gestoris, quia tunc credo quod requiritur cessio rupta conclusionem. Dubium tamen est, si quis stipuletur copulativè sibi & tertio extraneo decem, an ista stipulatio, & promissio valeat de iure communi & regio, & in quo valeat? Et breviter dico, quod talis stipulatio & promissio intelligitur tantum facta in persona utriusque in solis decem, unde de iure communi valet in persona stipulatoris pro medietate, & sic in quinque in persona Titii extranei erit inutilis respectu alterius medietatis sibi contingentis in aliis quinque, text. est in l. stipulatio ista, §. alteri, vers. eum qui ita, infra isto tit. & ibi Glossa ordinaria, Bar. & communiter Doctores, tex. in l. eum qui ita, in principio, eod. tit. tex. in l. si mihi & Titio, infra isto tit. & ibi communis opinio, bonus textus in leg. 3. §. si quis ita, ff. de eo quod certi. loc. tex. in §. quod si quis, Instit. de inuilit. stipul. & ibi Glossa Faber, & communiter Doctores. Confirmatur ratione, quia dictio copulativa, & posita inter personas honoratas, vel gravatas, semper dividit inter eas debitum pro rata, & sic utiliter, tex. est in l. reos, §. cum in rubricis, ff. de duob. reis, textus in leg. testamento, ff. de legat. 1. textus in l. 1. Cod. si plures una sent. hodie tamen de iure regio valetur, talis promissio in utriusque persona per d. l. ordin. & quilibet poterit agere pro medietate. Item quero, si quis mediante stipulatione, vel hodie simpliciter promittat pecuniam, vel rem Titio aut Scio alternativo modo, an talis promissio, actio, vel obligatio eius quaeratur Scio, & valeat in eius persona: & certè est notabilis & dubios passus tamen de iure communi quam regio In quo articulo resolutivè dico, quod illi Scio nulla quaeritur actio vel obligatio, sed tota, & in solidum quaeritur Titio, & ille Scius censetur esse quidem adjectus, & nudus minister ad recipiendam solutionem, non quod possit agere in iudicio, novare, acceptum ferre, nec aliquid circa debitum facere, sed tantum possit solutionem recipere, textus est in l. quod stipulatus de solut. Cujus verba sunt: Quod stipulatus ita sum mihi aut Titio, Titius nec petere, nec novare poterit, nec acceptum facere poterit tantum quod ei solvi poterit, tex. in l. Stichum aut Pamphilum, §. quaesitum, & §. sum fructum, eodem tit. textus in leg. qui hominem, eodem tit. textus in leg. cum quis, infra isto tit. tex. in leg. eum qui ita, §. qui sibi infra isto tit. textus in leg. Julianus, §. primo, infra isto tit. textus in leg. sed & si filio, §. primo, de constitut. pecun. textus in leg. cui recte, ff. de nota textus in leg. prima, §. si usufructuarius, ff. de stipul. servorum, textus in §. plane, Instit. de inuilit. stipul. & idem disponit lex septima tituli, §. 5. part. quae proprie in isto casu loquitur; & si quaeras quae sit ratio per quam quando quis promittit per dictionem copulativam dare Titio, & Scio 10. non valet in persona Scii, ut supra proxime dictum est, tamen valet in nostro casu, ut censetur adjectus; respondeo, quod natura copulae est dividere actum per partes, ut unicuique pars utiliter tribuatur, ut in leg. eos, §. cum in tabulis, de duobus reis, tamen natura dictionis alternativae est tribuere unicuique totam summam, & obligationem, ut probat textus cum Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

ratione in l. item si servus duorum, §. fin. ff. de stipul. servorum. Unde cum non possit quaeri illi Scio jus actionis vel obligationis, quaeritur saltem facultas recipiendi solutionem, & ista est intentio iurium supradictorum, & omnium scribentium. Item adde, quod in tantum praedicta constitutio est vera, quod ille censetur adjectus & ei solvi possit, ut procedat etiam, talis adjectus sit pupillus, nam potest recipere solutionem sine auctoritate tutoris, tex. est in leg. si stipulatus fuero mihi aut pupillo, ff. de solut. ex quo ius ut ibi Bar. & Doctores, quod licet pupillus nullum actum possit gerere sine auctoritate tutoris, tamen debet intelligi, quando gerit ad utilitatem ejus, secus si ad utilitatem tertii, & de ejus voluntate, ut in nostro casu. Secundo extendo, ut procedat etiam si talis adjectus sit servus, tex. est in l. si stipul. sum mihi aut Stichus, ff. de solut. & talis obligatio non quaeritur domino, quia illud est simplex factum solutionis recipiendae, & cohaeret suae personae, & illius facti bene est capax, ut in l. qua heredi, ff. de condit. & demonstr. secundum Barol. & Doctores ibi, & in §. sed cum factum, Instit. de stipul. servit. Tertio extendo, ut si talis adjectus non possit prohiberi recipere solutionem per principalem creditorem, sed invito eo possit debitor illi adjecto solvere, tex. est notabilis in leg. vero procuratoris, §. 1. ff. de solut. & ibi Bar. text. in illud eod. tit. tex. in §. plane, Instit. de inuilit. stipul. cujus ratio est: quia tempore contractus est quantum jus ipsi debitori, ut possit solvere cui velit, unde per procuratorem non potest conferri, ita Paul. & alii Doctores in d. l. vero procuratoris, §. 1. idem Paul. Jaf. & Moderni in l. Julia nus, §. 1. infra isto tit. nunc verò limita superiorum conclusionem quae habet, quod adjectio potest solvi, praeterquam si creditor petat debitum in iudicio, & lis sit contestata cum eo, quia potest non potest solvi adjecto, text. est singularis & unicus in l. si quis stipulatus fuerit decem ff. de solut. & sic plus operatur iuris contestatio vigore iudicii, quam expressa prohibitio creditoris, & illud textum ad hoc reputat singularem & unicum Bar. Paul. & alii Doctores ibi, facit tex. in ratione sui in l. si Titio aut Scio, ff. de leg. 2. tex. in l. Titius, infra isto tit. Secundo limita, & intellige praeterquam si talis adjectus mutavit statum suum in deterius sciente debitore, quia tunc non potest ei solvi, tex. est notabilis in l. eum quis, ff. de solut. tex. in l. si cum Cornelius, eod. tit. idem est in mandato, vel procuratore ad contractus, vel negotia, quia si mutavit in deterius statum, videtur ei revocatum mandatum, & per consequens non potest ei solvi, ita probant praedicta jura, per quae tenet Bar. probat etiam text. in l. rogasti, §. si fugitivus, ff. si cert. petat. & ibi notat Bald. Paul. & communiter Moderni, tex. in l. quod servus, ff. de depositi, & ibi notat Paul. & alii Doctores, tex. in l. pater heredi, ff. de testament. tutel. & ibi communiter Doctores tex. in l. liberti, §. largius, ff. de annuis legat. ibi Bar. & communiter Doctores: textus melior de iure in l. libera, ff. de peculio, ibi Othofred. Bar. Alber. & communiter Doctores & idem disponit, est tacita revocatio mandati, quae fit per mutationem status; quia illa non requiritur intimari debitoribus, quam revocatio expressa mandati, quia illa requiritur intimari debitori, vel his cum quibus erat contractus, tex. est in l. qui hominem §. si Titium, ff. de solut. ibi notat Bar. & communiter Doctores textus in leg.

vare procuratori, §. sed & si quis eod. tit. textus in l. cum quis, §. debitorem, eodem tit. textus in l. si quis seruo, eod. tit. textus in l. si fideiussor, la prima, §. 1. ff. mandati, textus in l. si pater ff. de manum. vendit. textus in l. si procuratorem, ff. de procurat. text. in cap. ex parte Decani, de rescriptis & ibi Glossa ordinaria textus in capitulo mandato de procurat. Tertio limita, quando soluitur ipsi adjecto, secus tamen si heredibus suis, quia talis facultas recipiendi solutionem non transit ad heredes, text. est capitalis & expressus in l. cum quis infra illo tit. Cujus verba sunt: Cum quis sibi aut Titio dari stipulatus est, solvi Titio, non etiam successoribus eius reddi solvit. Cujus ratio potest esse multiplex. Prima quia illa facultas recipiendi solutionem censetur factum coherens personæ quod non debet transire ad heredes, argumento text. in l. centesimis, §. 1. infra eod. text. in l. qui hered. ff. de condit. & demonstrat. Secunda ratio, quia adjectus acquiratur mandatario, vel procuratori: sed mandatum expirat morte, in l. mandatum, Cod. mandati: ergo eodem modo ista facultas concessa adjecto: & has rationes ponit Bartolus & communiter Doctores in dict. leg. cum quis. Tertia ratio potest esse, quia actus percipiendi solutionem est gravis præjudicii, & coheret personæ adeo quod etiam expressè adjectus non poterit substituere, ergo nec tacite per mortem: nam licet procurator ad negotia possit alium substituere, ut in l. procuratorum, §. si quis mandaverit ff. mandati. & in cap. fin. de procurat. lib. 6. cum similibus: tamen quando est adjecta indultia personæ vel actus est gravis præjudicii, non potest substituere, ita probat text. in leg. penult. §. 1. ff. de divers. & tempor. & ibi Bar. Pulchrum tamen, & singulare dubium est, si hodie in nostro regno ille articulus sit correctus, ut ille tertius, non sit adjectus: sed ei quærat actio & obligatio, attenda, leg. ordin. qua cavetur quod alteri quærat actio. Et breviter dico, & teneo, quod non erit adjectus, sed ei quæritur actio, & obligatio pro medietate debiti, argumento text. in l. penult. Cod. de verb. signific. ubi habetur quoddam in contractu, quam in ultimis voluntatibus dicto alternativa posita inter personas honoratas resolvitur in conjunctam, ut utrique quærat actio, vel actio pro parte virili. Confirmatur, quia si de jure communi illius tertius reputabatur adjectus, procedebat ex eo, quod actio, vel obligatio ei non poterat quæri: sed hodie cum possit ei quæri per legem ordin. ergo bene sequitur, quod quærat actio, vel actio pro medietate. Confirmatur etiam per text. juncta sententia Bar. & communi, in l. item si servus duorum, §. fin. ff. de stipulat. servor. ubi si servus stipulatur alternativè Titio, aut Scio, dominis suis quod propter incertitudinem vitatur stipulatio, dicit tamen ibi Bar. & communiter Doctores, quod ille textus est hodie correctus, quia imò debitum dividitur viriliter inter dominos, & idem tenet Petrus Cyn. Bar. & communiter Doctores in d. l. penult. C. de communi signific. ergo ita dicamus in nostro casu, quod hodie in nostro regno ille tertius non sit simpliciter adjectus, sed ei quærat actio, & obligatio pro parte: & est mea nova consideratio; quod tamen intelligo, quando ille tertius esset nominatus, & adjectus principaliter ipsi dispositioni, & substantiæ obligationis, ut si quis promissit Titio aut Scio: secus verò si sit nominatus, & adjectus executioni actus, & soli solutioni, ut quia promissit Titio decem, quæ promissit solve-

re sibi, aut Scio. quia nunc ei non quæritur jus, vel actio pro aliqua parte, sed tantum erit simpliciter adjectus, & nudus minister ad solutionem recipiendam, sicut de jure communi, & hoc casu habent locum, & procederent etiam hodie de jure regio omnia supra dicta in materia adjecti, nec aliquid erit correctum per auctorem legem ordin. Cujus ratio est: quia non est intentio aliquid quæri illi tertio, sed tantum eum nominare ad solutionem, & in terminis ita colligitur ex doctrina Bar. in leg. 2. ff. de duobus reis, 2. col. & 2. quest. & ibi Doctores.

Quidam est contractus qui celebratur in diem certam causa differendæ solutionis, ut si quis promittit alteri rem, vel pecuniam solvendam in diem sancti Joannis, quo casu, an statim sit nata obligatio, nulla est dubitatio inter Doctores: sed maxima vertitur inter eos, an sit nata obligatio; & ommissis opinionibus, & disputationibus Doctorum, dico, quod vera, & communis sententia est, quod statim oritur obligatio, sed creditor agentur ante diem obstat exceptio, ita probat text. in l. cedere diem, ff. de verb. signific. textus in l. centesimis: in princip. infra isto tit. textus in l. stipulatio ista, §. incertam, infra eodem, text. in leg. continuis, §. cum ita, infra eodem, text. in l. liber homo, la 2. §. decem, el 2. eodem tit. text. in l. 1. §. fin. in fin. ff. quando dies usufructus legat. ced. text. in l. qui mandatum ff. usufructus legat. ced. text. in l. qui stipulatur, ff. mandati, text. in leg. 3. §. si quis ita stipulatur, el 2. ff. de eo quod cond. loc. text. optimus in l. obligationum fere, post prin. ip. versicul. ex die, ff. de action. & obligat. text. in §. omnis, Institur. de verb. obligat. & ita debet intelligi l. 14. tit. 1. 1. §. part. & in expreso istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in iuribus supra allegatis, ut tenet magistraliter Bar. in l. ita stipulatus, infra isto tit. l. 15. col. 2. quest. prime. num. 38. & super eodem idem Bar. in l. una, Cod. ut actio ab hered. & contra hered. incip. & ibi subtiliter Bald. 1. col. num. 4. Angel. 1. col. num. 2. Salyc. latè & notabiliter 3. col. num. 9. Alber melius quam alibi, in l. stipulationes non dividuntur 18. col. 10. quest. prime. infra isto tit. licet contrarium tenet expresse Cynus, qui latè & singulariter in hac questione loquitur plura fundamenta adducendo pro utraque parte in d. l. unica. C. ut actio ab hered. incip. 2. col. num. 4. per conclus. Dubium tamen faciebat, quia contractus, & obligatio pendet à voluntate partium, ut in l. sicut ab initio Cod. de action. & obligat. unde cum ante diem non sit animus nec intentio debitoris se obligandi, nec creditoris recipiendi, videbatur non oriri actio, nec obligatio, quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, ut in l. non omnis, ff. si cert. petas, sed respondeo, quod tenetur, quia est voluntas partium in obligatione: sed solutio est illa quæ differtur in diem, vel tempus, unde merito ante tenetur, licet quoad effectum solutionis obstat exceptio & tempus non est modus tollendæ nec inducendæ obligationi, ut in §. ut si ita stipuleris, Institur. de verb. obligat. & à fortiori hoc procedit, quando dies adjectus post contractum perfectum, & post obligationem, & actionem jam natam; ut si quis promittit alteri purè & simpliciter aliquam rem, vel pecuniam & post contractum perfectum sit inter eos pactum de non petendo usque ad talem diem, quia tunc semper durat obligatio, & actio semel nata, vel virtute pacti obstat exceptio creditori agenti ante

te illam diem, textus est proprius qui sic debet intelligi in §. appellatur, versio. temporalis Institur. de except. & ibi tenet etiam Bar. in d. l. ita stipul. 15. col. 2. quest. prime. num. 38. Cyn. in d. l. una, Cod. ut actio ab hered. incip. & contra hered. penult. col. 2. vers. ad id quod dicitur. Quod tamen primo limita, & intellige, quando dies est omnino certa exitura: secus verò si certa omni incertitudine, scilicet an & quando, ut si quis promittit alteri rem, vel pecuniam in diem, vel tempus, quo aliquid factum sit, quia tunc non oritur aliqua actio, vel obligatio: nequam fiat, quia talis dies omnino incertæ acquiratur conditioni, & suspendit omnia usque in aduentum ejus, text. est in leg. stipulatio ista, §. inter certam, infra isto tit. & ibi communis opinio Doctor. tenet etiam Bar. in d. l. ita stipulatus, infra eod. 1. quest. princip. & idem est quando dies est certa: sed incerta, quando, ut dies mortis: quia non oritur aliqua actio, vel obligatio ante diem mortis, ita probat text. in d. l. una, Cod. ut actio ab hered. & contra hered. inc. ibi, ut liceat ab heredibus & contra heredes incipere actiones & obligationes, & ibi Cyn. 4. col. vers. 11. probatur, & ibi communiter Doctores licet ibi Gloss. velit contrarium. probat etiam text. in l. quæpenque, §. fin. infra isto tit. & ibi Paul. & communiter Doctores text. in l. 1. vers. di 5. ff. de condit. & demonstr. text. in l. heres meus, & l. dies incertus eod. tit. text. in l. ralis scriptura, versio. sed si sub conditione, ff. de legat. & in expreso ita tenet Glossa ordinaria in l. in omnibus, la 1. ff. de rez. jur. ita etiam magistraliter Bar. in d. l. si ita stipulatus, infra eod. 15. col. n. 41. ver. 2. juxta hoc quæro, Bar. in leg. si pup. l. 5. §. qui sub conditione ff. de novat. & ibi Dynas, Alber. Imol. & communiter Doct. Alber. & communiter Doctores antiqui in l. cedere diem, de verb. signific.

Secundo limita & intellige, quando in contractu, vel promissione ponitur dies certa super re transitoria ad heredes: secus verò si super re non transitoria, ut si quis promittat alteri in diem sancti Joannis prestare usufructum alicujus rei nsum, alimentam, vel quid simile, quia tali casu ante illam diem etiam certam non est orta actio nec obligatio, imò illa dies habetur pro conditione, & textus est formalis in l. 1. §. fin. versio. fin. ff. quando dies usufruct. legat. ced. Cujus verba sunt: Denique & Scavola ait agentem ante diem usufructus nihil facere, & ibi Gloss. ordinaria Olofred. Alber. & communiter Doctores antiqui, & per illum textum ita tenet Bar. in d. l. ita stipulatus, infra eodem 15. col. num. 38. 2. quest. prime. Cynus in l. una, Cod. ut actio ab hered. incip. 2. col. versio. 2. probatur, & in 4. col. vers. 2. ad legem Bald. ibi 2. col. num. 8. qui in usufruct. Angel. 1. col. num. in fin. Salyc. col. 3. vers. sed contrarian partem, & in fin. col. in princ. & communiter Doctores ibi; & ratio prædictorum est, quia quando in contractu ponitur dies certa, omnino sumus certi, illud quod promissum est deberi, & similiter interusurium medi tempore est certum; sed quando in contrarium ponitur dies omnino certa, vel incerta, quando illud quod promissum est, non reputatur certum propter interusurium medi tempore. Item exitus ex eo, quia si deceat creditor ante diem non potest transmittere, & istam rationem ponit Bar. in d. l. stipulatus, 16. col. num. 41. idem Bar. in d. l. heres meus, ff. de condit. & demonstr. 10. col. num. in medio, & Bal. & communiter Doctores pro qua sententia & ratione facit bonus textus in l. 2. 3. & 5. ff. quando dies leg. ced.

21 quibus primò infero notabiliter, quod talis

debitor in diem certam potest ante diem solvere invito creditore: secus tamen est, si sit debitor sub conditione, vel in diem incertam, quia eo invito non potest antea solvere, text. est in l. stipulatio ista, §. certam infra igo tit. textus in l. quod in diem ff. de solut. textus in l. quod quis fidei alion. & obligation. textus in l. intra dies ff. de re judic. text. in l. cum qui, ff. de annui leg. text. in l. eum tempus ff. de reg. jur. quod procedit nedum in debito proveniente ex contracta, sed etiam ex ultima voluntate, vel ex sententia iudicis, vel ex dispositione legis, ut dicitis iuribus probatur, & tradit notabiliter Jacob. de Arcin. & post eum alii Doct. in l. si constant. §. quotiens, ff. solut. matrim. Bald. in aubem ei qui jurat. C. de non auctor jud. pos. 4. col. num. 61. Alex. in l. divorcio, ff. solut. matrim. 6. col. num. 21. Jalon in l. stipulatio ista §. inter certam infra eod. idem 'al. melius quam alibi in leg. qui Roma, 2. col. n. 6. rod. iij. Quod tamen debet intelligi, quando gratia & favore debitoris talis dies & dilatio fuit posita, quod in dubio præsumitur. Secus verò si dies sit posita expressè, vel tacite gratia & favore creditoris, quia tunc ante diem non poterit ei solvi, text. est in l. eum qui ff. de annui leg. & ibi Bar. Alber. & communiter Doct. text. in l. qui Roma infra isto tit. ibi Bar. & communiter Doctores & hoc casu si debitor consistat in specie, fructus medii temporis debentur ipsi creditori, text. est in iur. in l. fideicommissi §. cum Polidius, ff. de usuris, ubi si testator gravat heredem de restituenda hereditate, vel re aliam in tempus certæ ætatis, tenetur hæres restituere omnes fructus medii temporis, & ad hoc notat & commendat ibi Olofred. Bald. Angel. & communiter Doctores & reputat singularem & unicum Bald. in e. bona. el 1. postulat præf. fin. col. sed simplex text. est expressior. in l. si ita reliquum §. pelagus, ff. de leg. 2. ibi notat Bar. Alberic. Paul. Imol. & communiter Doctores:

Secundo infero, quod si talis debitor in diem certam solvat ante diem errore juris, vel facti, non potest repetere, text. est in l. fideiussor quamvis, ff. mandati. ibi communiter Doct. tenet etiam Gloss. ordinaria in l. cum quis, C. de juris & facti ignor. in gloss. mag. in medio. & ibi Cynus, Bar. Paul. Salic. & communiter Doctores. Secus tamen est, si esset debitor sub conditione, & solvat ante adveatum conditionis, quia tunc bene potest repetere: cujus ratio est, quia pendente conditione, nullo jure tenebatur, textus est in l. sub conditione, ff. de condit. indebiti, text. in l. sufficit, eodem tit. text. in l. promissit eod. tit. text. in l. si quis reum, §. idem Julianus, ff. de lib. legat. text. in leg. grege §. fin. ff. de pignor. usobique & communiter Doctores & idem est, si sit debitor sub die incerta, quia similiter potest repetere cum acquiratur conditioni, text. est in d. l. sub condit. indeb. & ibi communiter Doctores. Advertendum, tamen, quod debitor sub conditione, vel in diem incertam, ita demum potest repetere solutum, quando solverit aliquo errore juris, vel facti: secus vero si solvat ex certa scientia, quia tunc nullo modo ceperit, argumento text. in l. in fin. ff. de cond. in debis. & in debitum, C. cod. tit. & in l. cujus per errorem, ff. de reg. jur. & in terminis ita tenet Glossa ordinaria in l. qui promissit, ff. de condit. indebit. in Glossa in e. ibi Paul. Salyc. & alii Doctores. Sed contrarium tenet Pet. Rain. & Doct. antiqui in l. stipulatio ista, §. inter certam, infra isto tit. imò quod possit repetere: quia jura, quæ habent, quod ille qui solvit scienter, non potest repetere, quia videtur donare, debent in-

telligi quando non subest aliqua spes, quod possit deberi, secus vero aliis, ut in nostro casu, quia adveniente conditione potest deberi, & esse repeti quia non presumitur solvisti animo donandi, sed animo dissolvendi obligationem. Confirmatur, quia quando in aliquo acta potest capi alia conjectura, nunquam debet presumi donatio, ut in l. si cum avrum ff. de solut. cum similit. Sed pro concordia dicendum est quod pendente conditione non possit repetere ex eo, quo scienter solvit; & ita procedit prima opinio, sed postquam defecerit conditio, bene possit repetere, & ita procedat secunda opinio, per rationem ejus: & in expresso istam doctrinam, & concordiam ponit Angel. de Peru. in d. stipulatio ista, §. inter curiam, & ibi Imol. Paul. de Castr. Rom. & alii DD. quod est notabile secundum eos, & pro qua ponderatur ab eis tex. in l. dotis fructus, §. fin. ff. de jure dot.

Tertio & quidem notabiliter infero, quod si creditor sub conditione, vel in diem certam agat in iudicio, potest per iudicium ex officio repelli etiam parte non opponente si ex libello vel actis processus constet esse debitum conditionale, vel in diem incertam, cum non sit orta aliqua actio, vel obligatio ita probat textus in l. cedere diem ff. de verb. significat. textus in l. bon. §. sub conatione, ff. de edic. edic. cum similibus. Advertendum tamen quod prædicta jura bene dicunt, quod creditor non potest agere ante conditionem vel diem; sed non probant, quod possit repelli per iudicem ex officio suo, unde dico, quod in expresso hoc tenet Glossa ordinaria in l. ubi pactum, Cod. de transact. in glof. magna in medio, & ibi ad hoc notat & commendat Bar. Bald. Paul. & communiter Doctores, & reputat singulare Angel. tenet etiam Glossa in l. si unus, §. pactus ne peteres, ff. de pact. & ibi Bar. ibi & communiter Doctores. Confirmatur, quia nemo sine actione experitur, & impeditur facultas agendi, textus est in l. si pupilli, §. videamus ff. de negot. gest. tex. in l. quoniam §. item si temporalis, ff. de administr. tutor. rursus etiam confirmatur ex illa Glossa si gulari in §. 1. infra. de oblig. ubi dicit, quod sententia lata super nulla; vel incepta actione est ipso jure nulla, ergo iudex potest repellere ne iudicium reddatur nullum & illusorium; ex quibus etiam reprobo sententiam & conclusionem Paul. & sequacium in l. quod si in diem, ff. de petit. hered. ubi tenet, quod si creditor agat pendente conditione potest debitor condemnari, ut solvat adveniente conditione nam certe illa opinio est falsa per supradicta, & probat textus in l. quemadmodum ff. de jud. juncta communi opinione.

Unum tamen est, quod si pendente iudicio extiterit conditio, bene poterit debitor condemnari, quia licet quanto jus agendi supervenit auctori ex nova causa post litens contestatam non firmet iudicium retro nullum, ut in l. non potest ff. de judic. & ibi Bar. & communiter Doctores, tamen quando jus agendi supervenit auctori ex causa antecedente, de præterito, ut in nostro casu, quæ pendente iudicio verificatur, bene confirmatur iudicium, & potest sequi condemnatio, ita probat tex. notabilis in l. quod si in diem, ff. de petit. hered. & ibi communis opinio, tex. in l. si rem alienam, la. §. fin. ff. de pign. actio. & ibi Bar. & communiter Doctores. Secus tamen si creditor agat ante diem certam, quia tunc parte non opponente bene potest iudex debitorem condemnare; in quo articulo resolutive dico, quod si dies certa fuit posita, vel adjecta ex intervallo post contra-

ctum jam perfectum, ut quia primò contractus fuit celebratus pure, & simpliciter, & postea ex intervallo fuit apposta dilatio, vel factum pactum de non petendo, usque in talem diem certam, tunc si creditor ex contractu puro, & simplici, & reus conventus nullam exceptionem temporalem parti opponat, iudex potest, & debet debitorem condemnare, ut statim solvat ante diem, etiam si ex actis processus iudici constet de illo pacto de non petendo, ita probat tex. in §. appellatur, vers. temporales, Inst. de excep. Si vero dies certa fuit apposta in eam partem in ipsomet contractu, ut quia debitor promisit creditori solvere rem vel pecuniam in talem diem, vel fuit appositum, in continentem de non petendo usque in talem diem & creditor agit ante talem diem & debitor conventus non opponat exceptionem temporalem, potest & debet iudex cum condemnare, ut solvat non statim sed adveniente die posita in ipso contractu, vel pacto, si ex actis iudici de ea constet. Cujus ratio subtilis est: quia ista dilatio inest obligationi à principio ad differendam solutionem, & censetur pars ipsius contractus, & obligationis, unde non debet iudex dividere, sed prout contractus sonat, & fuit celebratus condemnare, ita probat tex. in l. 1. §. 1. vers. nam dies ad dendo. Cujus verba sunt. Nam dies solutionis scilicet summa pars est stipulationis sed talis dies non dicitur inesse contractus quoad impediendum iudicium sententiam & condemnationem exceptione non apposta, cum bene sit nata actio & obligatio etiam ante diem, ut supradictum est, & in effectu istam sententiam & resolutionem ponit in hoc articulo magistraliter Bar. in leg. cum qui ita, §. qui ita, fin. q. infra isto tit. ubi dicit textus ex prædictis intelligis quid est dictum pactum inesse, vel non inesse, tu qui nunquam intellexisti ante, & ibi tenet Angelus de Peru. dicens esse perpetuo mente tenendum. Imol. penult. col. num. vers. ult. indicium Paulus, 2. col. num. 4. Alexand. 2. col. num. 7. Jason. 7. col. num. 12. idem Bar. notat in l. si unus, §. pactus ne peteres, ff. de pact. 7. col. num. 20. Paul. ibi penult. col. num. 13. reputans hoc esse singulare. Jason. ibi penult. col. num. 35. idem Bar. dicens hoc esse subtile in l. lecta, ff. si cert. per. penult. col. num. 21. & ibi notabiliter Paul. de Castr. pen. col. vers. tex. & ultimus casus, Jason. ibi 15. col. num. 22. Bar. in l. exceptionem, C. de probat. 1. lecta, num. 4. & 2. lecta, fin. qual. & ibi notat, melius quam alibi Paulus 1. col. num. 3. oppos. Baldus in l. bona fides C. de pact. in fin. num. 5. idem Bald. in l. ordinari C. de rei vend. 4. col. num. 8. idem Bald. in authent. presente, C. de fide inst. 2. col. num. 4. idem Bald. in l. peremptorias, C. sent. rescrib. non pos. 3. col. num. 39. idem Bald. in c. de testibus, 1. col. num. 3. extra de testibus. Aretin. notat. in l. ita stipulat. infra eod. antepen. col. num. 15. & ibi Franc. de Ripa, pen. fol. num. 87. Imol. in l. necessarii, d. acquirend. heredit. ubi ex hoc inferit bonum verbum in practica in materia illius legis Angel. de Aretin. in §. appellatur, Institut. de excep. 18. col. num. 37. Anton. in c. exceptionem, de excep. 3. col. num. vers. adverte tamen, & ibi Abb. 2. col. n. 14. Imol. §. col. Felip. S. col. n. 51. Anton. c. pervenit. de empt. & vendit. 2. col. n. 6. Imol. n. pro sententia & conclusione facit bonus textus in leg. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat. & ibi Bald. & Doctores.

Si tamen talis exceptio dilatoria est apposta ante litem contestatam, bene impeditur iudicium, & statim debet actor repelli ab instantia iudicii, & in expensis condemnari, & ultra hæc hæper

reum conventum fuerit petitur, duplicabuntur inducie, tex. est in §. hodie, Inst. de exceptio. & ibi com. nuiter Doct. tex. in c. 1. de plus petit. tex. in l. 45. tit. 23. par. non tamen debet duplicari totum tempore contractus, sed à tempore petitionis, & sic illud tantum quod superest, duplicatur, ita Bar. argumento illius in l. aut damnum §. si quis ff. de pennis, & tenent communiter Moderni in l. pecuniam ff. si cert. per. de quo tamen articulo & ejus veritate, vide omnino Jas. in §. sed hæc qui item 1. c. in fin. §. Inst. de act. Si vero debitum sit conditionale, vel in diem incertam, & creditor petat ante conditionem, est dubium an duplicentur inducie; & certe hoc casu non reperitur de jure Civili aliqua pena, & sic non duplicabuntur inducie, sed tantum absolvetur reus ab observatione iudicii, & actor condemnabitur in expensis, ut in l. bovem, §. si sub conditione, ff. de adit. cum similibus. Item etiam ratione, quia hoc casu sumus incerti, quod tempus debeat duplicari, cum tempus in quo conditio debet adimpleri sit incertum. Et ex hoc fundamento com. ratione istam partem tenet Alb. post Guilliel. in l. pecuniam ff. si cert. per. sed de jure Canonico bene est decisum, quod duplicentur inducie, tex. est in cap. de plus petit. in fin. unde cum de illo jure sit clarè decisum, habebit etiam locum in foro civili, ita Bar. in d. l. pec. ff. si cert. per. ibi tenent Moderni. Et si replices quod debeat duplicari, respondeo quod postquam venerit conditio, duplicabitur medium tempus quod fuit inter petitionem & existentiam conditionis. Quarto & principaliter infero, quod peradventum diei certæ incurrit debitor in moram, cum antea nata sit actio & obligatio, tex. est in l. magnam C. de commun. stipul. sed per adventum conditionis, vel diei incertæ, non incurrit debitor moram neque ejus effectus, ne uno eodemque tempore causetur obligatio & contrahatur mora, argumento textus in l. quod dicimus, ff. de solut. text. in l. ratum, cod. tit. text. in l. promissor, ff. de constit. pecun. tex. in §. fin. Inst. de inutil. stip.

Item adde, quod si quis simpliciter promiserit dare, vel solvare calendis, vel primo die mensis Januarii, vel die Paschatis, vel die S. Mariæ, vel die S. Joannis, vel alterius Sancti, non expresso proximo, vel ulteriori, intelligitur de primo die, vel festo, textus est in l. eum qui calend. infra isto titul. & ibi Glossa ordinaria Bart. & communiter Doctores, & idem est si talis contractus, vel promissio contineat tacitam conditionem ex natura actus vel rei, & similiter diem, ut si quis promittat parum nasciturum, fructus, vel quid simile in calendis vel tali die, quia intelligitur in calendis proximis, vel die proximo post natiuitatem partus, vel fructuum, non vero ante, text. est in l. internum, tex. in l. neque emptio, ff. de contrahend. emptio. text. in leg. 1. ff. de condit. & demonstrat. Quod tamen limita, & intellige, nisi promissio fieret eodem die, quia non de illo, sed de proximo intelligitur, text. est in l. cum qui calendis, vers. plane, infra eod. & ibi communiter Doctores.

Ad idem etiam tex. in l. cum qui ita §. qui ita eod. tit. in l. stipulationes non dividuntur §. qui ita eod. tit. & utrobique comm. doct. sed communis usu loquendi contrarium est dicendum, imo quod debitor teneatur solvere ipso die calendarum & non expectetur transitus ejus, ita Bald. in c. 1. §. opinio de pace constantia in usus feudorum in fine: quem sequitur & commendat Roman. Coman. Alex. & Jason. in dicta l. qui ante calendis. Sed certe ego teneo contrarium: quia jus non ignoratur utrum loquendi, & eo stante hoc determi-

nat decisivè, quia cum verba sint dubia & utrumque sensum capiant, interpretantur decisivè modo predicto. sit post calendis finitas. *

Item adde, quod si quis promiserit solvere ante calendis, vel annum, intelligitur promittere dare in ipsis calendis, & sic ultimo die eorum, quia intelligitur ante calendis finitas, textus est in l. qui ante calendis, infra isto titul. & ibi communiter Doctores. Item adde, quod si quis promiserit dare pecuniam, vel rem in diebus vel post aliquot dies, intelligitur post duos dies, & si promiserit post aliquot annos, intelligitur post duos annos, tex. est singularis in l. inter illam, vers. fin. ff. de verb. significat. & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Bartol. & communiter Doctores, probat etiam tex. in l. libertas, que, §. fin. ff. de manum. testam. & ibi Glossa Bartol. & communiter Doctores: tenet etiam Glossa ordinaria. Bartol. Alberic. Paulus, Imol. & Moderni in d. leg. cum qui calendis, infra isto titul. tenet etiam Glossa in cap. penult. de censibus, & ibi communiter Doctores. Glossa etiam ordinaria in regulis pluralis locutio de reg. jur. lib. 6. & ibi Dynus, & communiter Doctores. Confirmatur, quia semper pluralis locutio in qualibet dispositione duorum numero est contenta, textus est in dicta regula, pluralis locutio de de regul. jur. lib. 6. textus est in l. ubi numerus, ff. de testibus, item etiam adde, quod si quis promiserit alteri dare aliquo tempore, vel aliquando, tenetur dare quamprimum poterit, postquam ab eo fuerit petitur, & idem est in ultimis voluntatibus, si hæres isto modo sit gravatus, textus est singularis & unicus in l. rogo ff. quando dies legati cedat, quem ibi ad hoc reputat singularem Bartol. Alber. & alii Doctores antiqui. Similiter etiam adde, quod si contractus, vel ultima voluntate promiserit, vel legavit alteri centum in tribus terminis intelligitur in tribus annis, & quolibet anno solvatur pars, ita probat textus in l. tertius, vers. fin. ff. de annuis legatis, & ibi ad hoc expressè notat & commendat Bart. & alii Doctores. Alexand. in l. stipulatio ista, habere licere, §. fin. infra isto tit. Roman. in l. qui bona fide, §. fin. ff. de damno infecto, ubi reputat singularem, & ibi Alex. & alii Doctores. Felin. in cap. plerumque de rescriptis.

Dubium tamen est notabile in materia, si pro 27 misso est facta sub aliquo tempore, quod potest intelligi in principio, vel in medio, vel in fine, de quo intelligitur? Et certe est notabilis, & quotidianus articulus, in quo magistraliter & resolutivè dico, quod aliquando & primò tempus adjectum demonstrationis causa cum celeritate, ut si quis promittat dare rem, vel pecuniam hodie, tunc statim potest peti, non transacto, nec finito illo die, tex. est singularis & unicus in l. liber homo, la. 2. §. decem, el. 1. infra isto titul. & ad hoc reputat unicum Dynus, Ramez. Alber. Angel. Paul. Imol. & communiter Doctores. Cujus ratio est, quia cum expressè promiserit isto die præsentem dare, vel solvere, non est intentio sua differre solutionem, ut tota dies pertranseat, sed celeriter & in continentem velle solvere; confirmatur, quia tale tempus non censetur adjectum in utilitatem debitoris, sed ipsius creditoris, quia aliàs longius tempus exprimeretur. Aliquando & secundò tempus apponitur causa dilatoris, ut si quis promittat dare hoc anno, vel mensè, & tunc in fine temporis est facienda solutio, tex. est notabilis in l. qui hoc anno, infra isto titul. & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. & communiter Doctores, textus in l. eum qui certum, eodem titul. tex. in §. qui hoc anno, Inst. de

de inutil. stipulat. Cujus ratio est, quia in dubio tempus adjectum solutioni semper censetur appositum in favorem debitoris, & non creditoris, ut in l. stipulatio ista, §. inter certam, infra ista titul. in l. cum quis, ff. de annuis legat. tex. in l. quod in diem, ff. de solut. tex. in l. quod quis, ff. de actione obligat. tex. in l. cum tempus, de regul. jur. Aliquando & tertio tempus apponitur gratia dilationis per verba denotantia perfectionem temporis, ut si quis promittat Titio pecuniam vel rem post annum, vel illud certum tempus, vel cum perveniat ad certam aetatem, quia tunc non debetur nisi in fine temporis vel aetatis, text. est in l. si non putabam, ff. de condit. & demonstrat. tex. in l. si cui legetur, ff. de legat. 1. tex. in l. ex his, C. quando dies legat. ced. & utrobique communiter Doctores. Aliquando & quarto, tempus apponitur gratia dilationis, sed verba diriguntur ad creditorem, ut si quis promittat Titio pecuniam, vel rem quam possit petere infra annum, vel mensem, tunc in principio anni vel mensis potest petere, ita probat tex. in l. si ita fuerit libertas, ff. de manum. testam. per quem ita tenet Bartol. in d. l. qui in hoc anno, infra ista titul. 1. colum. & ibi communiter Doctores. Aliquando & quinto, tempus apponitur causa multiplicandae praestationis, ut si quis promittat alteri annum praestationem, & sic certam pecuniam quantitatem quotlibet anno. Et iste articulus est difficilis, & in eo sunt diversae opiniones: sed resolutivè ista est vera & communis opinio, quod modo loquamur in contractibus, modo in ultimis voluntatibus semper debetur & potest peti in principio, quouslibet anni, text. est in l. in singulos, versicul. illud, de annuis legat. tex. in l. nec semel, quando dies legat. ced. tex. in l. si servus communis meus & castrensis pecuniam, §. fin. de stipul. servor. tex. in l. 1. Codic. quando dies legat. ced. & ista opinio est tenenda in iudicando & consulendo, secundum Doctores in dictis locis. Aliquando & sexto tempus apponitur in contractu, vel obligatione, respectu alicujus causae, vel necessitatis, ut si quis promittat alteri, vel leget quolibet anno, pro disciplina, habitatione, vel alia simili causa, & hoc casus non debetur in certo tempore determinato, sed illo tempore quo inest & durat illa necessitas & causa, textus est notabilis & expressus in l. nec semel, §. si in habitatione, ff. quando dies legat. ced. & ibi communiter Doctores & in effectu istam doctrinam & resolutionem ponit Bartol. in d. l. qui in hoc anno, infra ista titul. & ibi Paulus, Imo. Alexand. Jason, & communiter Doctores, Baldus in l. 2. Cod. quando dies legat. ced. & ibi Salyc. & communiter Doctores Joan. de Imol. in l. si cui legetur, ff. de legatis 1. & ibi Moderni, Faber, Angelus & communiter Doctores, in §. at si ita stipuleris, Institut. de verbor. obligat. idem Faber, Angelus, & communiter Doctores in §. qui hoc anno, Institut. inutil. stipul.

28

Quidam est contractus, promissio, vel obligatio conditionalis, ut si quis promittat alteri centum, vel rem, si navis veniat ex Asia, vel aliud quid contigerit: quo casu pendente conditione nulla oritur actio nec obligatio, sed substantia contractus, virtus & effectus ejus est in pendenti, donec impleatur conditio; textus est capitalis & expressus in l. cedere diem, ff. de verb. significat. textus in l. bovem, §. sub conditione, ff. de edil. edit. tex. in l. grege, §. fin. de pignor. textus in l. cui ff. de actione. & obligat. textus in l. in quod, ff. de constit. pecun. tex. in l. fideiussor. obligari, §. stipulatione, ff. de fideiuss. textus in l.

sub conditione, ff. de solution. textus in l. quod in diem, ff. de exception. tex. in l. proinde, ff. si certum petat. tex. in §. sub conditione, Institut. de verbor. obligat. & utrobique communiter Doctores, & idem disponit l. 12. titul. 11. §. part. Quod extendit, ut habeat locum nedom in conditione expressa, verum etiam in tacita, ut si quis promittat fructus ex aliquo fundo, vel partum ex ancilla vel animali, qui debet intelligi, si nascatur, vel si mulier, vel alter pro ea promittit dotem, subintelligitur conditio, si nuptiae sequantur, non alias: & ante non est nata aliqua actio, vel obligatio, ita probat textus in l. interdum, infra isto titul. & ibi communiter Doctores, tex. in l. stipulantes, §. facram, versic. Pro quo, infra eod. tex. in l. 1. versic. fin. ff. de condit. & demonstrat. tex. in l. nec emptio princ. ff. de contrahend. empt. tex. in l. stipulationem, ff. de iure dot. & utrobique communiter Doctores, & in expresso per illa iura ita tenet Glossa singularis & unica, in l. item quia, §. primo, verbo, male petitur, in fin. ff. de pactis, quam ibi reputat singularem & unicam Alber. in fin. num. 4. & dicit notabilem Bartol. & reputat singularem Baldus, Angelus, fin. colum. Paul. de Castro 2. colum. numero quarto & quinto, Alexander prima colum. num. 3. Jason, penult. colum. num. 21. notat etiam & commendat Bartol. in l. ita stipulatus, infra eodem antepenultima colum. in principio. num. 46. illam etiam Glossam dicit singularem Baldus in cap. significat, extra de electione, 1. colum. num. 1. & in l. cautione, Cod. de non numerata pecun. 4. colum. 6. questione, in princip. idem Baldus in l. una, Codic. de caduc. num. 14. illam etiam reputat singularem Joannes de Imol. in l. conditiones extrinsecus, in princip. ff. de condit. & demonstrat. similis tamen Glossa est in l. secunda, §. creditum, ff. si cert. petat. in verbo post nuptias, & ibi notat Angel. in princ. & Jason. colum. n. 4. Ex quibus colligitur, & inferitur, quod talis debitor sub conditione, imo etiam in diem non dicitur proprie debitor, quia ille proprie, & verò dicitur debitor, à quo statim debitum exigi potest; text. est in l. debitor ff. de verbor. significat. Cujus verba sunt: Debitor intelligitur, à quo invito exigi pecunia potest. Ex quo inferitur, quod si testator legat alteri, quod Titius debet, intelligitur legare debitum purum, non verò conditionale, vel in diem, textus in l. si ita scripisset ff. de legat. & ibi Glossa ordinaria, Bart. Alber. Bald. Paul. Imola, & communiter Doctores, tenet etiam Bart. in l. qui Roma §. duo fratres, 6. col. 4. quast. & super eos communiter Doctores, infra isto titul.

Item etiam, quod si creditor cessit alteri per contractum iura sibi competentia contra alium, in tali cessione vel contractu non veniunt debita sub conditione, vel in diem, sed tantum debitum purum, ita expressè notat Bald. in dicit. l. si ita scripisset, ff. de legat. 2. & ibi Joan. de Imola, item inferitur rano decidenda ad tex. in l. qui Roma, §. duo fratres, infra isto titul. ubi habetur, quod si pater instituit duos filios, & eos invicem gravat, ut qui prius decedit sine liberis restituit alteri & postea dividunt hereditatem, & promittunt non venire contra; & si contingat, quod unus eorum prius decedat sine liberis, potest licite superflus petere ejus partem virtute fidei commissi, non obstante praedicta divisione, nec dicitur venire contra eam: nam certè ratio illa manifestè, & clarè colligitur ex superioribus, quia in tali remissione non comprehenditur jus futurum

futurum, sed tantum praesens: quod tamen intelligi praeterquam si nullum aliud esset fidei commissum vel debitum in quo posset verificari remissio, ut infra proximè dicam; imò quod magis est, extendendo praedicta, dico quod si testator legat quod sibi debetur, & illud promittit, in tantum videtur legare, non promittere debitum purum, & non conditionale, vel in diem, ut procedat etiam tempore mortis jam cesserit, & venerit dies, text. est in l. si ita legatum, ff. de auro & argent. legat. ubi si testator legat vestes suas, equos, vel alias res, intelligitur legare illas tantum, quae erant suae, tempore conditii testamenti, non verò eas, quae reperiantur suae tempore mortis; limita tamen, & intellige superiora, quando creditori competentem contra debitorem iura, vel debita pura, & liquida de praesenti, & similiter conditionalia, vel in diem: secus autem est, si tantum competentem iura, vel debita conditionalia, vel in diem, quia ad ea debet referri dispositio vel liberatio contractus, vel ultima voluntati, ita probat textus in l. fundus, qui locatus ff. de fundo instrutto, ubi si testator legat fundum locatum, quod ibi est, non venit in tali legato instrumentum coloni, sed tantum domini, sed si non erat ibi aliquod instrumentum domini, solius coloni, illud venit legatum in legato & debetur; & ibi notat & commendat Doctores antiqui, probat etiam tex. in l. cum illud, §. 2. ff. quando dies legari ced. tex. in l. quoniam ff. de rebus dub. textus in l. pater alium, §. 3. tex. in l. 2. ff. de liber. & posthum. tex. in leg. si tamen augusti, de servit. rustic. praedior. tex. in l. si quando ff. de legat. 1. tex. in l. quoniam in stipulationibus, infra isto titul. & utrobique communiter Doctores; & in terminis istam sententiam & conclusionem tenet Bartol. licet ista iura expressa, & notanda non alleget in l. cum stipulamur, infra ista titul. alii Doctores, praecipue Jason. 2. colum. num. 3. Baldus, Paulus, & alii Doctores in l. si ita scripisset, ff. de legat. 2. Alexand. in leg. si ita stipulatus fuerit, infra isto titul. & ibi Jason. 2. colum. n. 4. idem Jason qui bene loquitur in leg. qui Roma, §. duo fratres infra isto titul. 26. columna, num. 100. Felin. in cap. 1. ff. de re scriptis, §. colum. num. 8. ex qua sententia, & conclusione sic bene fundata confirmatur illa Glossa singularis in l. pediculis, §. item eum quateretur, ff. de auro & argent. leg. in gloss. fin. ubi tenet, quod licet in legato generali tenetur, quae testator habet in domo vel aliquo loco, non veniant neque comprehendantur res venales, quae venditioni sunt paratae, tamen si nullae aliae res ibi reperiantur, illae veniunt, & continentur in legato. Item etiam confirmatur ille casus singularis, & unicus in l. si is cui, §. Flavinius ff. de solut. ubi probatur, quod licet eo casu, quo testator mandat in suo testamento, quod solvantur debita sua per contractum inter vivos, & mandat factum alicui, debitor jubet debita solvi, non debeant solvi debiti conditionalia, vel in diem, vel debita praescripta, vel debita aliàs de jure non exigibilia, sed tantum ea, quae debentur civiliter, vel naturaliter sine exceptionis obstaculo, quem ad hoc notat & commendat ibi Bartol. & communiter Doctores, idem Bartol. in l. l. quibus diebus, §. dominus, ff. de condit. & demonstrat. idem Bartol. in l. legavi, ff. de lib. legat. & reputat unicam Bald. in c. quintavallis, de iurejurand. fin. colum. tamen si talis testator, vel dispensans non haberet alios creditores, bene intelligeretur sensisse de eis, ut solvantur talia de-

bita conditionalia, vel in diem, & in terminis ita singulariter tenet Baldus in l. in quibus diebus, §. dominus, ff. de condit. & demonstrat. Jason. in l. qui Roma, §. duo fratres, infra cod. 27. columna, num. 102. Felin. in cap. 1. de re scriptis, §. colum. num. 8. Ex quibus potest decidi illud pulchrum dubium, quod vertitur inter aliquos Doctores, si testator legat uxori, vel alteri vestes suas vel servos suos, vel equos, vel triticum, vel quid simile, & illae res postea consumuntur, & aliæ factae de novo, vel acquisitae, an legatum, vel dispositio extendatur ad eas: & videtur quod non, per supra dicta, quia nunquam legatum, vel contractus extenditur ad futura, quia tractatur de maximo praedictio; sed tenere contrarium, imò, quod tales res de novo factae vel acquisite debeantur, & veniant legato, quia subrogantur loco primarum rerum; nec obstant iura superiora, quia debent intelligi, quando priores superessent, tunc non extenditur legatum ad alias de novo quaesitas: secus verò quando essent consumptae, quia debentur aliæ de novo quaesitae per subrogationem ex tacita voluntate defuncti, argumento textus in l. fin. ff. de liber. legat. & tenet Bartolus, & communiter Doctores, in l. si ita legatum, ff. de auro & arg. legat. idem Bart. in l. si servus, §. qui quinque, ff. de legat. 1. & ibi Bald. Ang. Paul. Imola, & communiter Doctores, tenet etiam Paul. in l. filia sua, Titia, ff. de cond. & demonstrat. & ibi Socin. qui reputat hoc esse notabile Advertendum tamen, quod pendente conditione, licet non sit nata actio, vel obligatio, nec dicatur quis verè debitor, tamen bene est quaedam spes à jure approbata, quae inducit aliquos notabiles effectus.

Primus effectus, quia inducit transmissionem ad haereditatem, textus est in §. ex conditionali, Institut. de verb. oblig. & infra laudis dicam.

Secundus, quia si interim fiat traditio, transfertur dominium, textus est in l. sub conditione, ff. de solut. & ibi notat Bartol. & communiter Doctores: text. in l. dotis fructus, §. fin. cum sequenti, ff. de iure dot. & dixi in repetitione l. 1. ff. de acquir. poss. in materia dominii.

Tertius effectus est, quia praeter istam spem tenetur debitor praestare cautionem de solvendo adveniente conditione, si efficitur suspectus post debitum contractum; textus in l. in omnibus, ff. de iudic. de quo ibi per Doctores.

Quartus effectus est, quod videtur resultare, quod si quis vendat rem de genere, sub conditione, an possit proximior consanguineus eam retrahere saltem praestando cautionem de solvendo adveniente conditione; & videtur quod sic, & quod novem dies, qui dantur ad retrahendum currant à tempore ipsius contractus. Primum per l. 62. Tauri, ubi habetur, quod quando venditur res habita fide de pretio, proximior consanguineus potest & debet retrahere infra novem dies, à tempore contractus praestata cautione, vel satisfactione de solvendo pretio in termino, quo emptor tenebatur solvere. Secundò, quia emptores sub conditione dicuntur creditores, ut in l. is cui, ff. de actione. & obligat. tex. in l. creditores, ff. de verbor. significat. Tertio, quia si postea purificetur conditio, retrahitur ad tempus ipsius contractus; & per consequens retrahitur omnis effectus ipsius contractus, ergo jam postea non poterit retrahere: quia in consequentiam fictionis est transactum tempus novem dierum datum ad retrahendum. Quarto

29